

Tabella latitudi. Lunæ.				
Septentrionalis. ascendens.				
Sig	0	1	2	na.
Meridionalis. descendens.				
Sig	6	7	8	na.
G	Gm	Gm	Gm	G
0	0	9	2	30
1	0	15	2	34
2	0	10	2	39
3	0	16	2	43
4	0	21	2	48
5	0	26	2	52
6	0	31	2	56
7	0	37	3	0
8	0	42	3	4
9	0	47	3	9
10	0	52	3	13
11	0	57	3	17
12	1	2	3	21
13	1	7	3	24
14	1	12	3	28
15	1	18	3	32
16	1	23	3	36
17	1	28	3	39
18	1	33	3	43
19	1	37	3	46
20	1	42	3	50
21	1	47	3	53
22	1	52	3	57
23	1	57	3	59
24	2	2	4	3
25	2	7	4	6
26	2	11	4	9
27	2	16	4	12
28	2	21	4	14
29	2	25	4	17
30	2	30	4	20
Septentrionalis. descendens.				
Sig	5	4	3	na.
Meridionalis. ascendens.				
Sig	11	10	9	na.

sum sumito. Si in inferiori, in linea collateralis dextra, per ascensum. E' quorum regione, sub columna signi competentis gradus, & minuta latitudinis Lunæ offendes. Quam, ubi gradibus argumenti latitudinis Lunæ nulla prorsus minuta accesserint, pro vera retinebis, nullo amplius labore suscepto. Sed cum his quepiam minuta ad hæserint, conferendus erit angulus communis ad angulum sequentem inferiorem, vel superiorem. Inferiorem quidem, si ingressus in tabellam per descensum factus fuerit; Superiorem, si per ascensum. Et de differentia eorum pars proportionalis accipiat, secundum proportionem minorum, circa gradus arg; latit; Lunæ repertorum ad 60. Quæ angulo communi addatur, si is minor sequente fuerit. Aut ab eodem subtrahatur, si maior. Ita demum latitudinem veram Lunæ exactè deprehendes, Cuius denominatio à vocabulo pendebit, quod signo competenti annectitur. Memineris tantum, cum subtractio alterius ab altero fieri non poterit, signa 12, addenda esse. Item ubi 12, signa per additionem excreuerint, ea reijcienda.

Quo pacto pars proportionalis considerari solet, id abundè in tabulis directis num Regiomontani, ante quinquagesimum a nobis auctis, et editis exposuimus.

EXEMPLVM.

Anno Domini 1561, die 27, Iunij, motus Lunæ verus in Ephes meride obtinet gradus 18. minuta 50. Capricorni. Motus Capitis Draconis verus grad: 25. minut: 50. Aquarij. Subtraho ergo motum verum Capitis Draconis, à motu Lunæ vero, resolutis tamen signis Zodiaci in suos numeros, additisq; 12. signis, cum necessitas postulet, & relinquuntur signa 10. grad: 23. minut: 0. Hoc argumento latitudinis Lunæ, in tabellam latitudinis Lunæ misso, signum in superiori, vel inferiori parte quæro. Cum autem infra locetur, gradus eius in linea collateralis dextra per ascensum sumo. E' quorum regione, sub columna signi competentis 10, videlicet, gradus 3, minuta 0. latitudinis Lunæ offendo. Quam, cum gradibus argumenti latitudinis Lunæ nulla penitus minuta accedant, pro vera retineo, nullo amplius labore suscepto, cuius denominatio Meridionalis ascendens est. Signo enim competenti, videlicet 10, vocabulum Meridionalis Ascendens annectitur.

ALIVD.

Anno Domini 1572, die 22, Aprilis, motus Lunæ verus in Ephes meride obtinet grad: 7. minuta 59. Virginis. Motus Capitis Draconis verus grad: 26. minut: 33. Cancrj. Subtraho ergo motum verum Capitis Draconis à motu Lunæ vero, & relinquuntur sig: 1. grad: 11. minut: 26. Hoc argumentum latitudinis Lunæ, in tabellam latitudinis Lunæ mitto, & quæro signum in superiori vel inferiori parte. Cum autem supra locetur, gradus eius in linea collateralis sinistra per descensum sumo. E' quorum regione sub columna signi

competentis 1, videlicet, grad: 3. minut: 17, latitudinis Lunæ offendo. Posteaq; verò gradibus argumenti latitudinis Lunæ minuta nonnulla adhærent, angulum communem iam deprehensæ latitudinis ad angulum sequentem inferiorem confero. De quorum differentia pars proportionalis provenit minut: 2. addenda angulo communi, cum is angulo sequente inferiori minor sit. Sic namq; latitudo Lunæ vera excreset grad: 3. minut: 19. Cuius denominatio Septentrionalis Ascendens est. Quia signo competenti videlicet 1, vocabulum Septentrionalis Ascendens annectitur.

Si porro scire cupis, an Luna in superiori, vel inferiori parte sui Epicycli discurrat, argumentum Lunæ æquatum considera. Quod si id minus sig: 3. grad: 5, fuerit: Aut plus sign: 8. grad: 25, tunc Luna in superiori parte epicycli versabit, actarda cursu erit. Si verò argumentum Lunæ æquatum plus sig: 3. grad: 5, fuerit, minus tamen sig: 8. grad: 25, tunc Luna in parte sui Epicycli inferiori comorabitur, ac velox cursu erit. Sed si antedictum argumentum Lu

na